

3715 rep. Pantani, ubi Liternum fuisse creditur, iam Capuae apud Danielium DAN. Danielio fortasse promissa fuit, sed ad eum non pervenit; immo extat in S. Agathae Gothorum in domo Rainoni.

D · M  
Q · SAENIO · SPANO · VETER  
VIXIT · ANN · LXV · MILIT  
ANNIS · XXVIII · SAENIA  
5 TYCHE · PATRONO · BENE  
MERENTI · FECIT · ET · LIBERTIS  
LIBERTABVSQ · POSTERIS QI//DE

Recognovi descriptam a Bardtio et Wilamowitzio. Daniele refert apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 16. Ed. Iul. de Petra *giorn. degli scavi di Pompei* 3 (1875) p. 143.

7 extremae litterae parum certae sunt; POSTERISQ · EOR DAN.

3716 in loco qui dicitur Magnum Frignanum DON. (ms.; in ed. haec corrupta sunt et propter titulos qui praecedunt hic relatus est ad Ameriam).

I. AVRELI<sup>o</sup>  
APOLAVSTO  
HIERONICO · BIS · CORONATO  
ET · DIA PANTON · PARASITO  
5 ET · SACERDOTI · APOLLINIS  
AVGVST · CAPVAE MAXIMO

Menestrier apud Donium cod. Vat. 7413 f. 44 (inde Donius ed. 4, 53, ubi Gorius errore Stephanonium auctorem laudat; ex Donio Mur. 659, 2 et Pratilli App. p. 137). Orelli 2628.

I III AVREL traditur. — De hoc pantomimo, qui floruit sub divis fratribus, quae nobis innotuerunt composui ad Canusinam vol. IX n. 344.

3717 Literni in villa Cartusianorum rep. a. 1738/9.

HVNC · MVNIMENTVM  
IN · FRONTE · P XII IN AGRO  
P · XVI · A SOLO · ET · AB ASCIA  
AELIA ISICENIA TI · cL  
5 ZENATI MEMORIAM  
MARITO SVO DVLCISSIMO  
ET SIBI LIBERTIS LIBER  
TABVSQVE · POSTERISQVE  
EORVM FECIT

Mazochi de ascia (Neap. 1739) p. 304, cui dedit Martorellius.

2 XIII · N, 4 GL, 6 DVLCISSIMA, 7 LIBRETIS,  
5 QVES (pro QVE) traduntur.

3718 [= 4257] in quadam capella S. Mariae apud ecclesiam S. Laurentii de Aversa extra muros BONG. Calitti PAR. Calitti *masseria di Fior di Lisa* DVHN. — Casini MAN. errore.

AVIDIAE · M · ET · O  
L · FAVSTAE  
O · H · S · S  
Q · HORTENSIVS · Q · L  
5 ALEXA · VIR · FECIT

Recognovit Duhn. Bongianelli cod. Vat. 5237 f. 255 (inde Manutius not. expl. p. 113, ex eo Grut. 962, 11); Parente 1, 181.

IM · ET · O Bong., M · FL Duhn, METIAE PAR. — 3 O · HIC · S · S Par. — 4. 5 /HORTENSIVS · Q · L / ALEXA VIR · FECIT Duhn, O · HORTENSIVS · O | ALEXANDER | FECIT Par.

3719 rep. a. 1772 prope Casal di Principe districtus Aversani *nello scavare i fondamenti del piccolo atrio della chiesetta rurale di S. Maria Preziosa*.

D · M  
CASSIAE · C · FIL  
SPE · NI · C · CASSIVS  
ALEXANDER · ET  
5 CLAVDIA · PRONVA sic  
PARENTES  
FILIAE · DVLCISSIME  
VIXIT · AN · XVIII  
M · XI · DIEB · IIII ·

Recognovit Duhn. Mastrominico *vico Fenicolense* (1802) p. 89.

1 om. Duhn.

3720 rep. a. 1772 prope Casal di Principe districtus Aversani *nello scavare i fondamenti dell' atrio della chiesetta rurale di S. Maria Preziosa*.

DIS · MANIB ·  
COSSINIAE · ASIES  
COSSINIVS · HESPERVS  
MAIOR · VIR · EIVS  
urceus 5 CVM · QVO · VIXIT · AB patera  
VIRGINITATE · SVA  
AD · FINEM · VITAE · SVAE  
DECESSIT · A · XXXVI

Recognovit Duhn. Mastrominico *vico Fenicolense* (1802) p. 90.

3 IOSSINIVS Duhn, V · OSSINIVS Mastrom. — HESIPRVS Mastrom.

3721 Calitto al sud di Casapesenna.

A · TITINIO · A · LI<sup>o</sup>  
CASTO  
TITINIA · A · L · IVENA  
FECIT  
5 A · TITINIO . . . .

Parente 1, 181.

1 A · TITINIO . . . ALIR . . . traditur. — In fine non indicatur hiatus.

## XLVI. VOLTVRNVM (Castel Volturno).

Origo huic civium Romanorum coloniae communis fuit cum proximo Literno (v. p. 356). Ad Volturni ostia cum per bellum Hannibalicum a. u. c. 542 Romani castrum communivissent (Liv. 25, 20. 22. 26, 6, 3), eo confecto a. 560 coloniam deduxerunt homines trecentos (Liv. 32, 29. 34, 45; Varro de l. L. 5, 29), quibus pariter atque Literninis praefecti Capuam Cumas ius dixerunt (Festus s. v. praefecturae p. 233). Bello Siculo Sex. Pompeius inter alias eam urbem vastavit (Dio 48, 46). Quae de ea leguntur in indice coloniarum p. 239: *Volturnum muro ductum: colonia iussu imp. Caesaris est deducta: iter*

*populo debetur p. XX: ager eius in nominibus villarum et possessorum est adsignatus*, pariter atque similem de Literno relationem admodum dubiae fidei esse iudico. Praeterea nomen ponunt chorographi Strabo 5, 4, 4 p. 243, Mela 2, 4, 70, Plinius 3, 5, 64, Ptolemaeus 3, 1, 6 (similiter Silius 8, 530) et itineraria (supra p. 58). Tituli infra relati praeterquam quod coloniae meminerunt, ostendunt praefuisse ei duoviros. Decuriones in titulis antiquioribus duobus n. 3726. 3727 appellantur *conscripti*.